in posteriori verò phi, præcipuè stoici, platonici, peripatetici, quippe pyrronis et aliorum huiusce farinæ phorum iamdudum explosa sententia, vt monet tullius initio officiorum.

caput 1um

De opinione quæstuosorum

quæstuosis seu auaris beatitudo, diuitiæ.

reffellitr illa sententia. 1º quia beatitudo res iucundissima, inquit phus, et secura: at possessio pecuniæ plena sollicitudinis et parum secura, qa pecunia sine labore ō quæritr, sine difficultate ō inuenitr, sine cura ō seruatr, sine dolore ō perditr.

2º beatitudo ō alio refertr, vt quæ sit finis ultimus: atqui diuitiæ alio referuntr, nam diuitiæ vel st naates, vel artificiales: atqui diuitiæ naates et artificiales alio referuntr, cum diuitiæ naates, vt vinum, panis, boues referantr ad hoem, artificiales verò, vt nummi, referantr ad diuitias naates, vt egregiè expressit horatius.

nescis, quo valeat nummus, quem præbeat vsum,
panis ematr, olus, vini sextarius, adde
queis hua sibi doleat naa negatis.

qo diuitiæ alio referuntr, proindeq; diuitiæ ō st beatitudo.

denique beatitudo explet desiderium oe cum sit oe bonum: atqui diuitiæ ō implent hoem testis scriptura, auarus ō implebitr pecuniæ;

qui bibit ex hac aqua sitiet iterum. testes etiam pagani doctores, crescit amor nummi, qtum ipse pecunia crescit.

quo plus st potæ, plus sitiuntr aquæ.

Dices 1°. beatitudo in eo posita, cui obediunt oia, sed pecuniæ obediunt oia, vt ait sapiens, et vt inquit horatius:

aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa potentius
igne fulmineo.

qo pecunia beatitudo.

dist. mai. cui obediunt oia simpliciter, C. oia venalia et pretio comparabilia, N. porro pecuniæ oia obediunt venalia et pretio comparabilia o verò oia simpliciter, qd enim prodest stulto divitias hre, qdo quidem sapientiam emere nequit, vt scribitr prov. 17.

vel aliter dist. oia obediunt pecuniæ apud stultos, C. apud sapientes, N. vnde illud, divitiæ apud sapientem st in servitute, apud stultum in imperio. Et certè stultus est egregiè, qui honorem, virtutem, sapientiam auro post ht scdum illud sapientis: oe aurum o pt comparari cum sapientia, bonum noen pretiosius auro.

Dices 2° qd infinitè amatr est beatitudo. atqui pecunia infinitè amatr, go pecunia beatitudo.

qd infinitè amatr per se, vt deus, C. qd infinitè amatr per accidens, N. porro pecunia infinitè

quidem amatr, quis enim finis auari, sed per accidens et rāōe cupiditatis infinitæ, atque immoderatæ, vt ait ptus, cui assentitr tullius his verbis, delectant magnifici apparatus, et recti cultus cum elegantia et copia, quib' reb' effectum est, vt infinita pecuniæ cupiditas eet: at solus Deus infinitè amatr per se, qa solus infinitè bonus.

caput 2um

De

opinione voluptariorū

voluptariis et Epicureis beatitudo, voluptas.

Sed vox illa pecudum, ō hōum, inquit ptus. hinc tullius, qui voluptatem summum bonum esse decernit, ō cum ea ai pte, in qua inest rāo et concilium, sed cum cupiditate, idest ai leuissimissima pte deliberet.

Et certè beatitudo est aliqd hoi ppriū: at voluptas ō est hoi ppria, vnde seneca, qd mihi voluptatem nominas? quæro hois bonum, ō ventris qui belluis lactior est.

2°. felicitas aliqd excelsum et regale, inquit idem seneca, cuius throsnus in cælo: atqui voluptas aliqd humile et seruile, cuius statio et domicilium in fornicib' et popinis, go voluptas ō est felicitas.

3° deniq; beatitudo immortalis est, exire nescit, nec satietatem ht, nec penitentiam, inquit idem author: at voluptas citò extinguitr, cito tædio est:

pinguis amor nimiumq; potens in tædia nobis
vertitr et stomacho, dulcis vt esca, nocet.

Eadem sæpè penitentiam affert et dolorem, extrema gaudii luctus occupat, gō voluptas ō est vera felicitas.

iam verò quis numerare poit ex voluptate incommoda, ex voluptate cæcitas mentis, dæ dementat sapientes: ex voluptate corruptio cordis: voluptate frangitr aūs; ex voluptate detrimentum memoriæ, tremor corporis, egestas, paralisis, noua lepra, et qd malorum caput, conscientiæ cruciatus et terribilis expectatio iudicii, verbo vno malorum esca, voluptas.

quare sapienter monent prudentes, vt a voluptate abstineant iuuenes, sperne voluptatem; nocet empta dolore voluptas.

Dices. illud est summum bonum ad qd inclinat nāa: atqui nāa inclinat ad voluptatem, quisque sentit, gō voluptas summum bonum.

dist. min. nāa corrupta, C. nāa recta et qualis in adamo fuit. N. porro ō damnatr voluptas quælibet, est enim pura et sincera, quæ percipitr ex operaōe perfectissima qualis voluptas sapientis, aut potius sanctorum, torrente voluptatis potabis eos, imò ōis sapiens istanc

ambit voluptatem, si non tqm beatitudinem, saltem velut beatitudinis comitem.

damnatr qo sola voluptas, quæ percipitr ex cibo, potu et factu, quia illa dominante necesse est iacere voluptates maximas.

quæris vtri voluptati patrocinatus fuerit Epicurus?

Si verus est Seneca nemo frugalior epicuro fuit, vt qui paucis oleribus et modica aqua vitam sustentauerit, ideo nunquam patrocinatus voluptati carnali. restat qr vt eam quæsierit voluptatem, quæ vulgò dr apateia, seu indolentia.

cur qo dicti Epicurei, qui voluptatib' indulgent, et abdomini seruiunt.

audiendus Seneca, qui, inquit ille, libidinem amant, quærunt patrocinium vitiis, sic o habe Epicuro impulsi luxuriantr, sed vitiis dediti, luxuriam suam in fine phiæ abscondunt, et eo concurrunt, vbi audiunt laudari voluptatem.

caput 3um

De opinione politicorum

politicis beatitudo, honor, gloria, potestas, fama, nobilitas, et si qd aliud grande et magnificum sonat.

Errant etiam illi, quippè beatitudo ppter se, ō propter aliud amatur: atqui, sed sed honor ō amatr propter se, quin potius ppter aliud, tc propter excellentiam et virtutem, siquidem oē signum propter id amatr, cuius ē signum: atqui honor est signum et testimonium virtutis, gō honor amatr propter virtutem, atque excellentiam.

accedit qd beatitudo sit in nostra potestate: atqui honor ō est in nostra potestate, testis phus; atqui honor est magis in honorante, quam in honorato; et certè nemo quarit, qd in se ht. atqui amamus ab aliis honorari maximè a viris excellentib, gō honor ō est in nobis, proindeq; ō est beatitudo.

Dicesi°. beatitudo est præmium virtutis ut inquit phus: atqui honor est præmium virtutis, ut ait idem, hinc pronuntiat christus sti ioannis duodecimo, si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus, gō honor est beatitudo.

dist. mai. beatitudo est præmium virtutis æquale, C. inæquale, N. porro honor est quidem præmium virtutis apud hoēs, sed inæquale: testis stus doctor, solus Deus, inquit, est præmium virtutis æquale, scdum illud gloriam dabit Deus, glorificabo eum. adhibetr tn honos in hac vita, velut merces bonorum factorum, qā nihil excellentius honore his

in terris, quo virtus remuneretr dignius.

Dices 2°. illud est beatitudo, qd oes quarunt: atqui oes quarunt honorem, go honor est beatitudo.

dist. mai. qd oes quarunt propter se, C. propter aliud, N. porro soli ambitiosi quarunt honorem propter se, cateri hoes propter excellentiam et virtutem.

Sequitr ex dictis nec in potestate et imperio positam esse veram beatitudinem, quippè beatitudo est in nostra potestate: atqui dominari o est in nostra potestate, per me reges regnant, go potestas o est beatitudo.

accedit qd beatitudo sit res firma et stabilis: atqui imperium res admodum lubrica.
si fortuna volet fies de consule Rhetor.

Exemplo est Dionisius ille tirannus, qui eiectus a ciuib, nouissimè factus ludi magister, docebat in triuio, vt imaginem imperii aliquam conseruaret.

Denique vbi beatitudo, illic aggregatio bonorum oium, oia bona pariter cum illa venerunt: atqui in imperio plurima sæpè mala, vt st suspicio, formido, superbia, crudelitas, ingenia regum ad formidinem prona, suspectus inuisusq; principi, quisquis hæres proximus destinatus

Dices. beatitudo ~~[illegible]~~ sita est in eo,

perqd fit hoo similis Deo: atqui per potestatem fit hoo similis Deo, testis scriptura loquens de principib; ego dixi dii estis vos, go beatitudo posita est in potestate.

nego min. si enim sola potestate fieret hoo similis Deo, Nero fuisset Deo similis caligula et qdlibet tyrranus, qd falsum. restat qr, vt hoo fiat similis Deo benè operando: atqui o bene imperat nisi qui sapiens est et iustus, go per sapientiam fit hoo Deo similis sedem illud sapiens vno ioue minor.

Dices 2° seruire est summum malum, go imperare est summum bonnum; q

dist. ant. seruire diabolo, peccato, et cupiditati, c. seruire Deo, n. quippe seruire Deo regnare est: vnde etiam fateor imperare cupiditati summum esse bonum nego verò imperare simpliciter esse summum bonum; qd enim prodest imperare aliis, tibi imperare si non possis.

sequitr 2° nec gloriam, nec famam veram esse beatitudinem.

quia gloria et fama est illustris prædicatio rectè factorum.

Sum pius æneas, fama super æthera notus: atqui illa prædicatio o est beatitudo, quippe beatitudo quæritr propterse: atqui illa prædicatio o quæritr propterse, nisi a vanis hoib, sed pter virtutem et egrediè facta, go nec gloria nec fama est vera beatitudo.

addeqd beatitudo est aliqd firmum et verum; atqui gloria et fama aliqd incertum, fallax est gloria; et certè gloria est prædicatio virtutis: atqui illa prædicatio sæpè falsa, quippè illa prædicatio pendet ex iudicio houm: atqui iudicium houm sæpè falsum et iniquum;

Stultus honores
sæpè dat indignis, et famæ seruit ineptus.

go gloria et fama res incerta, go neque gloria, neque fama beatitudo.

sequitr vltimò nobilitatem o esse veram beatitudinem,

quia beatitudo est in nostra potestate: atqui nobilitas o est in nostra potestate, nobilitas enim est claritas sanguinis: atqui o est in nostra potestate nasci ex sanguine claro scdum illud nasci a principib fortuitum est.

accedit qd vbi felicitas, illic sint oia bona; atqui vbi nobilitas sæpè mala plurima; superbia et contemptor aus, coe nobilitatis malum, go nobilitas o est vera beatitudo.

Caput 4um

De opinione Stoicorum

Stoicis beatitudo. viuere scdum naam, aut conuenienter rectæ raoi est enim verè beatus, qui Deo similis est; sed qui viuit

congruenter rectæ rāoi, Deo similis est, semper sibi consentiens, et semper agens vitam unius coloris, vt loquitr seneca, semper ht velle idem et nolle idem, perpetuamq; seruat in vitâ constantiam, qo beatus, qui viuit scdum naam.

neque dicas fieri o poe, vt hoo eundem seruet semper viuendi modum, tot negotiis distractus, tot curis impeditus.

quippè vt ait Stoicus, vir bonus Deum semper sequitr ducem, suamq; vitam sic instituit vt Deo parere semper lætetr, testis Epicurus, malo, inquit, qd vult Deus, quam qd ipse volo, dve me, ô parens et moderator mundi, quocumq; libitum est.

hinc docet Stoicus facillimum esse cuiq; benè viuere, qa nos inuitat naa ad virtutem, eadem a vitiis auocat, testis seneca, virtus scdum naam est, vitia naæ inimica.

Et certè naa inclinat ad suum authorem, nisi praua admodum fuerit et distorta: atqui author naæ Deus, imo aus est quidam Deus in corpore habitans, inquit seneca, vnde et illud Stoicorum, corpus est domicilium Dæmonis, qo naa inuitat nos ad Deum seu ad rectè viuendum.

Docet praterea solam virtutem esse satis ad felicitatem perfectam, sicut vitium ad

miseriam, testis seneca, ~~ht~~ virtus in se bona oia sibiq; sufficientissima est, vnde et illud; ipsa quidem virtus pretium sibi, solaq; late fortunæ secura nitet.

Et certè felix ille, qui benè viuit: atqui virtus disponit ad benè viuendum, go sola virtus efficit oem felicem.

accedit qd sententia illa fulciatr sacris dogmatibus, oia pariter venerunt cum illa; quærite 1º regnum Dei et oia adiicientr vobis. vt iures istam sententiam oo consonare fidei.

quanquam huic opinioi o acquiescunt oo peripatetici, quib' visum est, inquit Tullius in vna quidem virtute beatam esse vitam, sed o beatissimam, nisi accedant bona corporis et fortunæ, et virtutum instrumenta, sine quib' iacent virtutes sine vllo splendore. ita docet ptus libri primi c. 8º. cui assentiuntr oes peripatetici, imò et antipater stoicus, qui testatr se tribuere aliqd bonis externis, et vero quæ felicitas esse pt hois ægrotantis et egeni.

quare et ipse salomon, quo nemo mortalium sapientior, prudenter admonet poma aurea fieri conspectiora in lance argentea signant virtutem trahere splendoris aliqd ex diuitiis, quis enim liberalis aut magnificus, nisi qui diuitiis abundat; sed istuc postea, vbi examinabitr sententia peripateticorum. interea sit

Caput 5um
De
opinione Platonis

Platoni beatitudo duplex, altera obiectiua, altera formalis, illa Deus ipse continens in se rerum omnium ideas et perfectiones: hæc possessio Dei.

Vtriusq; illius beatitudinis homo fit particeps tum in hac, tum in altera vitâ. rarò tamen in hac vita, propter tot incommoda, quib' affligitur homo mortalis, qui tamen sic viuit, vtra omnem sequatur ducem, felix ille, Deumq; contemplatur, quantum fieri hic potest.

Neque dicas Deum omnino videri ab homine mortali.

Quippe, vt ait Plato, Deus mentem interius illustrat, afflatq; instinctu, quo videtur quodammodo: quod si tamen visio illa minor videatur, iubet vti respiciamus solem, vt qui inter omnes creaturas Dei maiestatem, potentiam, magnitudinem, claritatem, Excellentiam, sapientiam adumbrat. hæc Plato de felicitate huius vitæ.

Vbi verò anus solutus est a corpore pergit ille, sistitur ante iudicem, terribilem et iustum qui trutinatis æquâ lance operib' committit bono dæmoni et albo ducendum ad locum optatissimum, si innocentem inuenerit: qui verò

reus præcipitatr in infernum, additr qi comes diabolis, seu dæmoni nigro, a quo torquetr gravissimè pro peccatis admissis, secdum illam vocem apocalipseos, qtum fuit in deliciis, ttum date ei tormentum.

quamobrem monet, vt qdiu hic vivimus, nosmet a vitiis immunes servemus, pravos affectus exuamus, mentem sanam atque innocentem induamus, sic fiet, vt in choatam hic felicitatem, illic Deo largiente plenam consequamur.

caput 6um

De opinione Artis et peripaticorum

pho felicitas est quædam operaõ.

recte id quidem, quippe felicitas qd est perfectissimum: atqui operaõ est res perfectissima.

Et verò tria st in hoc perfecta; essia, pptas, operaõ: atqui oium istorum operaõ præstantissimum est. Sic probat, illud est præstantissimum, ppter qd cætera st: atqui essia, et pptas st ppter operaõem: sic illictus et aa st ppter cogitationem: voluntas ob amorem, visus propter visionem &. Et cui bono, inquit ille, pugnandi virtus nisi pugnetr.

hinc ō coronabatr in ludis olympicis, qui egregiā pugnandi virtute pollebat, sed qui fortius pugnauerat, gō neque in vita ille felix, qui pt benè agere, sed qui benè agit.

O gō felix, qui virtutem ht, quia contingit sæpius hoi virtutem habenti dormire aut otiari, quæ, inquit phus, in somno felicitas aut in otio. hinc concludit medium esse tempus, quo felix vix differt ab infelici, qa per medium tempus ferè dormiendum est: atqui inter dormiendum nihil differt felix ab infelici, nisi qd somnia felici hois st puriora et placidiora, gō sola operaō felicitas.

NON tn ois, sed illa sola, quæ est hoi ppria, gō vegetare ō est felicitas nec sentire, qa vegetare coit plantis, sentire belluis.

VERÙM, inquies, estne aliqua operaō hoi ppria?

SIC rondet phus. difficini sua est operaō ppria; fabro, sutori: at quæso hoo solus factus ad otium. imò, inquit ille, oculo sua est operaō ppria, manui, pedi, quis credat hoem solum sua priuari operaōe?

QUÆRIS quæ sit illa operaō hoi ppria?

RONDET phus solam ai operaōem esse ppriam hoi, cuiusmodi cogitare et velle, neque tn ois operaō ai est felicitas et perfectio, sed quæ perfectissima est: sicut enim

operaõ cytharadi ō est cytharam pulsare simpliciter, sed benè et perfectè, sic operaõ hois seu felicitas ō cogitare simpliciter sed rectè et perfectè.

Porro ō est operaõ perfecta, nisi a poa rectè disposita: atqui disponitr aūs per sapientiam et iustitiam, illa enim sole speciosior, vt ait sapiens, hæc similis hespero, vt ait phus. gō operaões hois excellentissimæ sapere, et recte agere, gō felix, qui sapit et rectè agit ō quidem semel, qa vna hirundo ō facit ver sed qui semper sapit et semper iustè agit, vnde phus: felix ō mutatr in dies, instar cameleontis, sed firmus stat et immobilis instar rupis aut quadratæ turris.

Gō ō insolescit reb' secundis, nec frangitr adversis, sed vtramq; fortunam eodem aspicit vultu;

nec fascib' vllis
erigitr, plausuque petit clarescere vulgi.

Sed æquam memini reb' in arduis servare mentem, ō secus ac bonis:

si fractus illabatr orbis, impavidum ferient ruinæ.

Et verò, inquit ille, nihil virtute firmius in reb' huais, firmæ quidem artes, firmæ scia, sed firmissima virtus, stabilitr in dies et bonis actib' roboratr.

Quia verò cessant boni actus, si defuerint instrumenta, ideo phus ad perfectam beatitudinem requiri mediocres opes,

familiam castam, paucos, sed veros amicos, deniq; mentem sanam in corpore sano.

verum serviant divitiæ ō imperent, sufficiant, ō affluant scdum illud, divitias aut paupertatem ne dederis mihi. porro sapiens divitias ō amat, sed mavult, ideo ō affligitr præter modum, si auferantr; enimvero Deo indignus est, qui divitiarum iacturam impatienter fert;

aude, hospes, contemnere opes et te quoq; dignum
finge Deo.

hæc phus de felicitate, ubi præmisit, postea,

quærit 1°. sitne aliquis dicendus felix in hac vita.

negabat solon. felix enim, cui nihil deest. atqui nullus est, cui nihil desit; similiter felix, qui dominatr fortunæ, ipsi monstrans laqueum, mediosq; ostendens ungues: quis verò hoūm positus extra fortunam, declaravit istuc exitus crasi, qui se oīum hoūm potentissimū et felicissimum prædicabat. cum enim captus est a cyro, namq; ultimo suplicio afficiendus agnovit tandem, quam egregiè falsus fuisset te

expectanda dies hoī est, ultima semper diciq; beatus
ante obitum nemo, supremaq; funera debet.

quem tn ornat sapia et iustitia, decorant divitiæ; tu tantr amici, hunc vocat phus

felicem o simpliciter, sed vt hoem.

quærit 2° an posterorum fortuna pertineat ad mortuum felicem?

affirmat ptus. Est enim, inquit, alienus abomicitia nihil mortuos moueri posterorum fortunis, vt declaret bona vel mala posterorum conferre vel ad felicitatem, vel ad felicitatis diminutionem. credibile enim o est mortuos parentes fieri sua felicitate crudeliores, qo lætantr prospera liberorum fortuna, sicut aduersa dolent.

monet tr mortuos leuius affici, ne turbetr felicitas.

quærit 3° Sitne felicitas bonum honorabile, an laudabile.

Respondet honorabile, o laudabile. Est enim laus testimonium virtutis inchoatæ, nec dum perfectæ; honor verò testimonium virtutis perfectæ, hinc laudantr iuuenes, in quib' apparebt virtutem specimina et micant scintillæ meritorum, qo laus stimulus ad gloriam: contra verò honorantr senes qui vitam factis decorarunt egregiis.

Est honor in posterum propris ab æquo venit, laudib' inceptum continuatr iter.

porro felicitas est bonum consummatum et perfectum, go felicitas laude maior.

dicet Deus est honorabilissimus: atqui tr Deus laudatr, go honor o est supra laudem.

Rondet stus Thomas Deum spectari dupliciter, 1°. scdum essiam et raoe sui, 2°. raoe effectuum, qui ordinantr ad nostram vtilitatem. priori modo Deus est ineffabilis et oi laude maior, scdum illud: tibi silet laus, ô Deus, et tibi votum redditr. posteriori modo laudatr Deus, scdum illud isaiæ: miserationum domini recordabor. laudatr, inquam, o per se, sed qtnus excitatr affectus noster, vel audientium in Deum ipsum. vnde illud, semper laus eius in ore meo, audiant mansueti et lætentr.

caput vlt.

vbi proponitr vera et christiana de beatitudine sententia

christianis beatitudo duplex, obiectiua et foalis. de vtraq; dicemus breuiter.

prior ppoo

beatitudo obtiua Deus solus,

quia beatitudo obtiua est summu bonum

et finis vltimus: atqui Deus est summum bonum; cum sit independens, Deus est finis vltimus, nam duo st characteres finis vltimi, mouere, et satiare: atqui solus Deus mouet oia immotus; solus Deus pt satiare aum, qa solus Deus est oe bonum: hinc illud sti bernardi; aa raatis ad imaginem Dei facta cæteris reb' occupari pt satiari o pt, qa capacem Deo aam, qd qd Deo minus est, o implebit, go solus Deus finis vltimus, proindeq; solus Deus est beatitudo obtiua.

obiectiones

obii. 1°. beatitudo obiectiua pt ab hoe possideri; at Deus o pt ab hoe possideri, go Deus o est beatitudo obiectiua.

dist. mai. beatitudo obtiua pt ab hoe possideri possessione phca; C possessione ciuili; N. distinguo min. Deus nequit ab hoe possideri possessione ciuili, C. possessione phca, N. et nego cons. possessio ciuilis est ius disponendi de re ad libitum, puta emendi, vendendi, locandi, sic possidetr domus, ager, prædium; possessio phca est intima coniunctio obti cum poa. fateor Deum o possideri priori modo, quis enim de Deo disponat ad libitum, qui est oium dominus, sed contendo Deum poe possideri posteriori modo, pt enim Deus intimè et clarè ab hoe videri, sedum illud sti Pauli, tunc autem facie ad faciem.

instabis. testatr scriptura Deum videri o poe, nemo videbit me, et viuet. habitat

Deus lucem inaccessibilem.

duplex est ronsio. prior est Deum videri ō poe in hac vita. poe videri in altera. testis stus Paulus iam citatus, nunc per speculum et aenigmate, tunc autem facie ad faciem.

posterior, Deum ō poe videri perfecte et comprehensiue, vt loquuntr, Deus enim infinitus oo, ideo ō pt comprehendi ab illectu finito: poe vero videri clare et pro virib' illectus. testis stus Ioannes, cum apparuerit, videbimus eum, sicuti est.

instabis. qd videtr ab hoe, ht proportionem cum hoe: atqui Deus ō ht proportionem cum hoe, quia finiti ad infinitum nulla proportio, go Deus ō pt ab hoe videri

dist. mai ht proportionem habitudinis, C. ht proportionem identitatis, N. dist. min. atqui Deus ō ht proportionem identitatis cum hoe, C. proportionem habitudinis, N. et nego cons.

itaque fateor ō esse propostionem seu relationem identitatis Deum inter et hoem illic enim proportio identitatis, vbi naa eadem, vt notum est ex logicis: atqui ō est eadem naa Dei et illectus, vt perse

potest, qo o est relao identitatis inter Deum et intellectum; sed contendo esse proportionem habitudinis inter intellectum et Deum. — quippe proportio habitudinis est ipse ordo poss ad obtum, qualis est ordo visus ad visibile: atqui Deus est obtum intellectus: quippe obtum intellectus veritas: atqui Deus est prima veritas, qo Deus est obtum intellectus, proindeq; est aliquis ordo intellectus ad Deum, seu proportio habitudinis

instabis. proportio habitudinis est relao mensurae seu commensurationis qualis relao calcei ad pedem, pilei ad caput: atqui o est commensuratio inter finitum et infinitum, seu inter intellectum et Deum, qo nec proportio habitudinis.

dist. min. o est commensuratio aequalis, c. inaequalis, n. sicut enim foret quaedam commensuratio inter corpus infinitum et visum, seu manum, o quidem aequalis, qa infinitum o pt capi manu totum; sed foret aliquatenus commensuratio, sic inter Deum et intellectum o est commensuratio aequalis, Deus enim multo maior intellectu creato sed aliquatenus, quia est aliqua commensuratio inter intellectum et verum.

Obii. 2°. ex Arte mens hois caligat ad Deum; sicut nocfua ad solem.

dist. in hac vita, C. in altera, N. sc mens hois assueta cognoscendis reb sensibilib; inescata etiam amore creaturarum, vix gustat diuina, vt ait scriptura, vbi verò liberata est a vinculis corporis, suum incipit agnoscere authorem.

instabis. excellentissimum sensibile lædit sensum, sic sol lædit visum, tonitru lædit auditum, go similiter excellentissimu illigibile lædit illectum creatum et infirmum.

Rondeo 1°. solem o lædere visum aquilæ, vt ait claudianus; atqui illectus separatus erit similis visui aquilæ, nempè vbi roboratus erit lumine gloriæ, go tunc o lædetr claritate Dei.

Rondeo 2°. o esse parem raoem sensus et illectus, testis 3°. de aa, vbi docet sensum pendere ex bono organi temperamento, sic visus pendet ex temperamento oculi: atqui organum turbatr a nimio sensibili sic oculi temperamentum turbatr lumine solis, aut fulgetri.

Obii. denique appetitus hois finitus est, go pt satiari bono finito.

dist. finitus intrinsecè, subtiuè, entitatiuè, C. finitus est extrinsecè, obtiuè, terminatiuè, N. sic visus naã suã finitus est, vt per se patet, sed finitus extrinsecus, neque enim satiatr videndo, sicut nec auris audiendo.

posterior ppoo beatitudo foatis cognio et amor;

quia beatitudo foatis est possessio Dei: atqui Deus possidetr cognioe et amore testis Bernardus, istis duob veluti bracchiis comprehenditr longitudo, latitudo, et profunditas beatitudinis, testis etiam scriptura, hæc est vita æterna, vt cognoscant te.

accedit qd beatitudo sit operao perfectissima, vel potius operaoes perfectissimæ vt docuit supra ptus: atqui cognio et amor st operaoes perfectissimæ, nam operao perfectissima sedum Arlem dr, quæ oritr ex facultate ai præstantissima et habitu præstantissimo: atqui vtraq; illa operao oritr ex facultate præstantissima, illa ex illectu, hæc ex voluntate, illa ex lumine gloriæ, hæc ex charitate ardentissimã, qo vtraq; illa operao perfectissima, proindeq;

vtraq, beatitudo foatis

obiectiones

obii 1° Scotistæ. beatitudo est fruitio Dei: atqui cognio ō est fruitio, fruitio est actus voluntatis, vt per se notum, go &.

Rondet stus Thomas fruitionem esse vocem ambiguam, aliqdo fruitio est ipsa obti perceptio, aliqdo verò est quædam delectatio orta ex perceptione obti, vt satis experitr, qui colligit fructus: fateor cognioem ō esse fruitionem posteriori modo, delectari enim solius est voluntatis: contendo cognioem esse veram fruitionem priori modo, quippe illectus suum obtum perfectè percipit; atquè apprehendit, vt ita dicam, testis stus Thomas, cuius st hæc verba sensus eattum percipit, quæ extrinsecus apparent: at illectus interiora rimatr, est enim illigere, quasi intus legere, go cognio est vera fruitio.

obii. 2° beatitudo foatis est possessio summi boni: atqui cognio ō est possessio boni, sed veri, go &.

Rondet stus doctor bonum esse etiam vocem ambiguam. aliqdo enim bonum idem ~~fd~~ amabile: aliqdo verò ipsa perfectio: fateor cognioem ō esse boni possessionem

priori modo, sola quippè voluntas respicit amabile, contendo cognioem esse possessionem boni posteriori modo: quippe cognio est possessio veritatis: atqui veritas est summa hois perfectio, testis Tullius, ex quatuor locis in quos honesti naam diuisimus, primus ille qui in cognioe veri versatr, maximè attingit naam huam.

Obii. 1°. thomistæ: beatitudo foatis ē operao perfectissima: atqui amor ō est operao pfectissima, sed sola cognio, go amor ō est beatitudo foatis.

Rondetr amorem esse operaoem prastanssimam, sicut et cognioem; vtraqi enim illa operao oritr ex facultate prastantissima, et habitu prastantissimo, vt supradictum.

Obii. 2°. beatitudo foatis est possessio Dei: atqui amor ō est possessio Dei seu amore ō possidetr Deus, go &.

nego min. quippè per illum actum possidetr Deus, perquem intimè coniungitr cum aa: atqui Deus amore coniungitr cum aa, ea enim est vis amoris, vt ex duob vnum fiat, nempè vna vita et aa vna, vnde stus augustinus: amor ē vinculum et iunctura duo copulans, vnde et stus ~~augustinus~~ doctor, amor est vinculum et vnio rei amantis cum amata.

instant thomistæ. ista actione ō possidetr

Deus, qua ō fit presens Deus; atqui amore ō fit Deus presens, go ō possidetr amore.

nego min. si enim ea vis amoris, vt ex duobus fiat vnum, si amor est vinculum et iunctura duorum, si amor est vnio amantis cum re amata, vt asserit ipse doctor, quomodo fieri pt, vt amor ō fiat res amata presens, certe obi thesaurus, illic cor.

nec moueat vox ista tam temere iactata, amans ex it extra se, trahitr a re amata;

——— trahit sua quemque voluptas.

neque enim ista huc intligendum ad litteram, vt aiunt, quasi amans trahatr ceu lapis, id metaphorice, qtnus amans pprio amore ceu pondere fertr in rem amatam, testis doctor, ipse amans, inquit, dr trahi a re amata, qtnus de ea semper cogitat, ipsam somniat, letatr eius bonis, affligitr malis.

vos quoq; pectorib' nostris hæretis amici,
——— intra mea pectora quemque alloquor.

instant. triplex est ōo amor, amor simpliciter, amor desiderii, amor denig; fruitionis, vulgò fruitio aut gaudium; atqui nullum amor reddit obtum presens, go &.

nego min. quippè ois amor effect obtum presens, go ois amor est vinculum et iunctura vt ait st⁹ Augustinus, ois amor est vnio amantis cum re amata, inquit ipse doctor, præcipuè

tr amor fruitionis, hic enim oritr ex bono praesente.

instant. amor, qui oritr ex obto praesente o reddit obto praesente: sed ex concessis amor fruitionis oritr ex obto praesente, go o reddit obtum praesens.

dist. mai. amor, qui oritr ex obto praesente aequaliter C. inaequaliter, N. dist. min. sed amor fruitionis oritr ex obto praesente inaequaliter, C. aequaliter, N. et nego cons. tc Deus possidetr duplici noe, nempè vt verus, et vt bonus. certè amor ~~cognioe~~ fruitionis supponit Deum praesentem, vt verum, amor enim ex cognioe nascitr; o verò supponit Deum praesentem qtnus est bonus: go o supponit Deum aequaliter possessum, proindeq; amor reddit Deum praesentem, saltem ex pte.

instant. Deus etiam, vt bonus, possidetr per cognioem.

dist. sub facie veri, C. sub facie amabilis, N. sic Rondet ipse stus doctor. ipsum bonum est qddam verum, ideo percipitr ab illectu: et alibi, illectus cognoscit bonum, qd est obtum voluntatis, qa est qddam verum, et alibi: sicut verum est qddam bonum, qdo quidem appetitr a voluntate, sic bonum est qddam verum, alias o illigeretr: sola tn voluntas percipit bonum sub raoe amabilis et boni, sicut solus illectus percipit bonum sub specie veri.

corrollarium.

claret ex dictis beatitudinem recte dfri cognioem et amorem Dei.

hæc defio ht oes characteres legitimæ defiois, explicat totam beatitudinis essiam; proindeq; bona est.

sed quæris, quomodo delectatio seu gaudium habeat se ad beatitudinem.

certè o pt negari, quin delectatio seu voluptas pertineat quodammodo ad beatitudinem, testis phus mille in locis. beatitudo, inquit, est actus, vt perfectissimus, sic iucundissimus: testis etiam scriptura, inebriabuntr ab vbertate domus tuæ, de torrente voluptatis potabis eos. intra in gaudium domini tui.

quare Rondeo delectationem esse saltem comitem seu pptatem beatitudinis. testis phus. ht se voluptas ad beatitudinem, sicut decor ad iuuentutem: atqui decor est comes iuuentutis, et velut pptas. go et delectatio est comes felicitatis. testis etiam stus Thomas. testis deniq; rao. pptas dr, qd nrio oritr ex alio: atqui gaudium oritr ex ~~[illegible]~~ possessione Dei, magna enim voluptas est, inquit, phus, possidere bonum sibi coiens, spe, vel memoria, vel reipsa,

Ergo errant, qui aiunt gaudium propter in beatitudine, quippe voluptas sequitur ex beatitudine, comes est beatitudinis, sed non est pars.

quæris etiam uter actus nobilior, cognio an amor.

huic quæstioni ut fiat satis sit

arlus vnicus

sine cognio amore præstantior

quamquam uterq; ille actus per se nobilissimus est, placet tamen utrumq; inter se comparare, ut iudicari posit, uter excellentior.

Scotistæ amorem ubiq; prædicant, thomistæ cognitionem, ea dere sit

cognio est præstantior absolutè,

quia actus ille præstantior, in quo sita est similitudo hois cum Deo, nam perfectio hois esse Deo similem, illud spectat studium ejus,

illud spectat spiritus grãæ, testis S.tus Augustinus alibi citatus, id agit spiritus grãæ, ut imaginem Dei instauret in nobis: atqui similitudo hois cum Deo sita est in cognioe. testis S.tus Doctor similitudo imaginis penes driam: atqui dria hois cogitare, ut per se patet, go similitudo hois cum Deo sita est in cognioe.

Et certè ille actus præstantior, in quo sita est hois essia; ~~essia~~ atqui essia hois cogitare, seu ratiocinari, cuius vivere est cogitare, go cognio absolutè præstantior.

obiectiones

obii. 1º ille actus melior, cuius oppositum deterius 8.i Ethicorum c. 10. atqui oppositum amoris deterius, go amor actus nobilior.

maior o est oo certa, nam diligere inimicum est aliqd excellentius, quam diligere amicum; ille enim actus nobilior, in quo exercendo plus difficultatis: atqui in diligendo inimo plus difficultatis, ut per se patet, quæ enim difficultas in diligendo amico: unde christus ipse. si tum amicos diligitis, id etiam faciunt pagani, go diligere inimicum aliqd excellentius: atqui tn odisse amicum est aliqd peius, quam odisse inimicum, illud enim ai ingrati, tu quoq; fili mi ex illis es, qui dulces mecum capiebat cibos, magnificavit supplantationem.

falsa etiam minor. oppositum exim

amoris odisse, oppositum cognīois error: atqui error peior est odio, argto est qd licet sæpè odisse hoi, odimus enim peccatum et peccatores, perfecto odio oderam illos, errare nunquam licet, vnde tullius, errare autem et decipi turpissimum ducimus.

instabis. peius est odisse Deum, quam nescire aut ignorare, go odium peius errore.

1° inepta consequentia, si enim aliquis asinus melior aliquo equo, ideone asinus melior equo. sc ab vno particulari o concluditr vrliter

sed distinguo antecedens. odisse Deum est aliqd peius moraliter, C. phcè, N. certè ille actus peior moraliter, in quo plus culpæ: atqui in odio Dei plus culpæ et plus peccati: peccatum enim est auersio a Deo: atqui odium Dei est maxima auersio a Deo, go odium Dei est aliqd peius moraliter: ille actus est peior phcè, qui est contrarius magis naæ hois: atqui ignorantia et error magis opponuntr naæ hois, quippè naæ hois cogitare verum, vt supra dictum, go errare est aliqd peius phcè.

obii. 2° ille actus nobilior, cuius obtum nobilius: atqui obtum amoris nobilius, nempè ipsum bonum.

nego min. obtum enim cognīois ipsa veritas, obtum amoris to amabile: atqui veritas est optimum bonorum, quippe in

cognioe veritatis sita est vita et essia hois forte vinum, fortis rex, fortior mulier, oia vincit veritas.

Obij. 3° ille actus nobilior, cuius ppium nobilius: atqui ppium amoris nobilius, go &.

nego min. nam ppium amoris voluntas simul et charitas, seu iustitia, ppium verò cognioīs illectus cum lumine gloriæ seu sapientia: atqui illectus nobilior voluntate sapia melior est iustitia. 1°. illectus nobilior est voluntate: nam illa poa nobilior, quæ est radix alterius: atqui illectus est radix voluntatis, go illectus nobilior voluntate. 2°. sapia est nobilior iustitia, est enim sapia sole speciosior, ut ait sapiens, iustitia verò est similis hespero: atqui sol multò clarior et excellentior hespero, go sapia nobilior est iustitia, proindeq; ppium cognioīs excellentius est ppio amoris.

instabis. illa poa nobilior, quæ aliam mouet, quæ imperat alteri, quæ deniq; libera est: atqui voluntas mouet illectum, voluntas imperat illectui, deniq; voluntas libera; go voluntas nobilior illectu.

dist 1am ptem min. voluntas mouet illectum, ita ut moueatr ab ipso vicissim, C. ita ut ō moueatr, N. sicut enim voluntas mouet illectum, sic illectus voluntatem, imò oīs motus voluntatis ab illectu, seu cognioe, scdum illud, ignoti nulla cupido.

vnde S.tus Thomas. quæ rao probat voluntatem mouere illectum, eadem probat illectum mouere voluntatem. ideo voluntas mouet illectum, qa vult illectum et amat ~~obtum~~ qa vult et amat actum illectus, qo deniq; vult et amat obtum illectus, quæ est veritas: atqui etiam illectus illigit voluntatem, actum, voluntatis, obtum denique voluntatis, go par ratio.

restat videre vter motus nobilior illectus ne an voluntatis.

certè motus illectus per se ordinatus est rao enim ppium ordinis: motus verò voluntatis temerarius et inordinatus, nisi præierit rao, voluntas enim per se cæca est et temeraria go motus illectus nobilior motu voluntatis.

nego 2.am ptem min. nego, inquam, voluntatem imperare illectui, imperare enim, inquit S.tus Thomas, eius est, cuius est ordinare. atqui ordinare solius mentis, go solius est mentis imperare. vnde idem doctor. imperium est actus raois, ideo bellua nequit imperare.

neque dicas voluntatem mouere illectum, et cæteras aæ poas, proindeq; imperare.

neque enim ois motus imperium est, sed motus ordinatus et procedens a raoe; vnde doctor citatus, bellua mouet o imperat infans mouet, sed o imperat, qa nec bellua nec infans raoe vtitr.

ad tertiam ptem Rondeo libertatem esse simul illectus et voluntatis, vt declarat eius defio, libertas est facultas raois et voluntatis.

Et certè actus pprius libertatis est electio: atqui electio pertinet ad illectum et voluntatem: testis phus electio est illectus volens, et voluntas illigens, ita vt dubium reliquerit vtrius facultatis sit electio.

Verum esto, libertas pertineat ad voluntatem, ideone voluntas erit perfectior illectu: erit quidem perfectior moraliter, o erit verò phcè, erit quidem melior moraliter, nam illa poa melior moraliter, quæ est ppium meriti et morum: atqui poa libera est ppium meriti et morum, go erit melior moraliter; o erit verò phcè: illa enim poa melior phcè in qua sita est hois essia: atqui in illectu sita est hois essia vt supra dictum, go illectus est melior phcè.

appendix De pptibus et diuioe beatitudinis

pptates beatitudinis sequentib quæstiunculis explicabuntr.

quæritr 1°. poitne beatitudo amitti?

Rondetr 1°. beatitudinem huius vitæ poe amitti: est enim beatitudo huius vitæ graa et charitas: atqui graa amitti pt, sicut charitas, vbi enim peccatum, o est graa aut charitas: atqui quilibet hoo peccare potest,

qa ois hoo liber. Et certè peccauit Adam, peccauit David, peccauit Salomon et quis non, go beatitudo huius vitæ facilè amitti pt.

Rondetr 2°. beatitudinem alterius vitæ amitti o poe, nam iactura beatitudinis est pœna peccati: atqui in cælo peccari o pt. testis stus Augustinus, maior tunc erit libertas o poe peccare. Et certè o peccat, qui diligit Deum ex toto corde, ex tota aa: atqui beatus Deum diligit ex toto corde, ex tota aa, qa illic charitas perfecta, inquit stus doctor.

denique si beatitudo alterius vitæ poet amitti, o eet perfecta, illic enim o est beatitudo perfecta, vbi metus amittendi boni, vt per se patet.

quæritr 2°. an beatitudo futura sit æqualis?

Rondetr beatitudinem obtiuam fore æqualem. qa beatitudo obtiua Deus est: atqui Deus oib idem, go &. beatitudinem verò foalem fore inæqualem; quippe beatitudo foalis est fruitio Dei, possessio Dei, atqui o erit æqualis fruitio, possessio Dei testis scriptura, sicut stella differt a stella sic beatus differt a beato: Et certè beatitudo foalis est merces laborum: atqui labor inæqualis, go inæqualis merces, scdum illud, reddet cuiq; scdum opera.

quæritr 3° an beati cognoscant, quæ hic gerunt?

affirmant patres communiter, vnde st. Thomas, Si beati ignorarent, quæ hic gerunt, quomodo orarent pro nobis: atqui sti orant pro nobis. testis scriptura. hic est ieremias propheta, qui multum orat pro populo et sanctâ ciuitate ierusalem; et alibi: ascedit fumus de orationib' sanctorum, vnde stus hyeronimus, Apostoli et martyres adhuc viuentes pro aliis orant, qto magis post coronas et victorias: qo sti norunt, quæ hic gerunt.

Dicest isaiæ 63° abraham nescivit nos et iacob ignorauit nos, vnde stus Augus. sti nesciunt, qd faciunt viui; qd confirmat exemplo matris, quæ se ō inuiseret: atqui, inquit, ō est facta mater crudelior vitâ feliciore, qo, inquit, ignorat illa, quid hic rerum agam.

Rondet stus thomas sanctos ō cognoscere quæ hic gerunt ppriæ cognioe, sed in Deo, in quo oia vident, tqm in speculo limpidissimo.

Rondent alii id dictum, qd ō sentiret auxiliu' Abrahami et iacobi: porro vulgaris est ille hoium sermo, se ab iis ignorari, a quib' deserunt, vel ō adiuuant, sic queritr Dauid vbiq; se a Deo ignorari, christus ipse sic deniq; stus Aug. ipse quæritur se a matre ignorari.

quæritr 4°. quo tempore beestr aa.
Est fidei dogma aam beari statim a morte si innocens fuerit, o beari verò statim, si qd superfuerit purgandum flammis: quippe nil nisi purum itrat in regnum Dei.

hinc damnatr error millenariorum, qui aiebant aas errare mille annos, priusquam ingrederentr limen paradisi.

quæritr 5°. sitne aa beatior resumpto corpore?

ita censet stus Aug. aiens aam torqueri nescio, quo desiderio corporis, sicut amans torquetr desiderio rei amatæ.

idem censet stus Thomas, cuius hoc est ratiocinium. beatitudo aa est eius operao: atqui aa perfectius operabitr, resumpto corpore. sic probat. operari sequitr esse: atqui aa perfectius erit, resumpto corpore. sic probat. perfectio ptis est esse in suo toto: atqui aa resumpto corpore erit in toto, a quo absens est separata, go perfectius erit resumpto corpore, proindeqi perfectius operabitr, atque ita beatior erit.

quæritr vlt. sitne sua corpori futura beatitudo?

cois est sententia suam corpori futuram beatitudinem; est enim æquum vt sit particeps mercedis, qui fuit socius laborum.

atqui corpus fuit comes laborum et meritorum, go aequissimum est, ut suam recipiat beatitudinem.

Et verò si corpus nullam ht ptem in beatitudine, frustra resurgent corpora: atqui o frustra resurgent corpora, o est enim frustra, qd naaliter desideratr: atqui desiderium resurrectionis est naale: ut declarat ubiq; scriptura, go o frustra resurgent corpora, proindeq; corpus suam recipiet beatitudinem.

Porrò felicitas corporis in eo sita o est qd sit visurum Deum ipsum, spiritus enim o videtr oculis, ut per se notum, sed in eo, qd futurum sit auspicium aa gloriosa et Dei ipsius, scdum illud Deus erit in oib, qd autem gloriosius et beatius, quam esse thronum Dei et aa domicilium.

accedent gloriosae dotes, nempè pulchritudo admirabilis scdum illud sapientis, fulgebunt iusti, ut sol.

impassibilitas, qd enim fortius corpore glorioso et Deum in se ipso portante.

subtilitas, o qd corpus gloriosum penetretr ab alio corpore, ut quidam falsò opinantr, penetrari enim argtum infirmitatis, sed qd corpus gloriosum penetrabitr oo claritate et gloria aa, sicut corpus solis penetratr lumine solis, testis Stus Gregorius.

agilitas, quæ ~~corpus~~ ~~ta~~ erit, vt corpus gloriosum momento transiturum sit ad locum remotissimum, testis s.tus aug. corpus gloriosum, sequetr aa et cogitationis Cederitalem.

claritas, vt dictum supra, fulgebunt iusti, sicut sol; quamquam diuersa erit claritas pro diuersa beatitudine. testis s.tus Paulus, sicut alia claritas solis et lunæ, sic alia claritas beatorum.

deniq; immortalitas, testis s.tus Paulus, seminatr corpus mortale, resurget immortale, Et certè resurgent sancti, vt regnent cum christo, vt ait scriptura; atqui christus resurgens ex mortuis, iam o moritr nec mors vltra ei dominabitr, go nec sancti vltra morientr, nec mors ipsis vltra dominabitr.

hæc tot et ~~tta~~ corporis atq; aa dona longè antè cernens ao propheta Rex, sic exclamat, inebriabuntr ab vbertate domus tuæ, ~~de~~ torrente voluptatis potabis eos.

qd attinet ad diuioem beatitudinis.

memineris duplicem esse beatitudinem alteram huius vitæ, alterius vitæ. beatitudo huius vitæ est cognio et amor Dei per fidem et charitatem, beatitudo alterius vitæ est cognio et amor Dei per lumen gloriæ et charitatem perfectissimam.

præterea beatitudo alterius vitæ, alia obtiua, alia foalis, vt dictum supra.

2ª pars phiæ moralis vbi De ppiis actionis huæ

ppia actionis huaa, alia st innata, alia acquisita. ob id duæ erunt huius ptis disputationes: prior de ppiis innatis; posterior de ppiis acquisitis. sit gr

disputatio prior De ppiis innatis actionis humanæ

ppia innata dnr, quæ st a naa, vt st illectus, voluntas &.

duplicis st generis: alia enim resident in pte superiori aa, vt dictum alibi: alia in pte inferiori.

In pte superiori resident illectus practicus, voluntas et libertas.

In pte verò inferiori, phantasia, appetitus sentiens.

Porrò cognio ppiorum istorum, quam sit utilis moralis pho, sic probat phus, medico nria est cognio corporis naatis, qa sæpè laborat pars aliqua corporis, puta oculus, pes, &c. qto magis nria est morali pho cognio partium aæ cuius salus seu sanitas multo pretiosior sanitate corporis.

Duæ gr erunt huius disputationis questiones, prior de ppiis innatis, quæ st in superiori pte aæ, posterior de ppiis innatis, quæ st in pte inferiori aæ.

Quæstio prior De ppiis innatis, quæ resident in pte superiori aæ.

caput 1um
De
illectu morali

illectus moralis dfr poa aa dictans qd bonum aut malum, qd fas aut nefas: dr etiam sensus eois, seu bonus sensus.

officium illectus moralis prælucere voluntati et monstrare qd agendum, qd fugiendum, vnde illud: ignoti nulla cupido.

neque dicas voluntatem mouere seipsam.

quippè voluntas o ante seipsam mouet, quam præeat illectus, sicut o ante mouetr pes, quam præluceat oculus.

Et certè voluntas per se cæca est, sicut pes per se cæcus: go sicut motus pedis, aut nullus aut incertus, nisi oculus præierit, sic motus voluntatis aut nullus erit aut falsus et incertus, nisi illectus monstret iter. id docet phus in ethicis, in libris de aa.

go siue voluntas amare velit aut odisse, siue hic et nunc agere velit, semper eget lumine illectus: verbo vno, si o est illectus, sterilis erit amor, ignoti nulla cupido.

Dices. dum aa patitr extasim, priuatr cognioe et tn amat.

Rondeo aam eo in casu priuari quidem cognioe rerum externarum, sed occupari totam cognioe rei amatæ. testis Stus paulus, qui cum raptus est ad tertium vsque cælum, cætera ignorabat, sed Deum et mysteria maximè nouerat, vt ipse testatr his verbis, illic vidi arcana, quæ o licet hoi loqui: go qui patitr extasim, ignorat quidem cætera, sed occupatr totus cogitatione rei amatæ.

Sed quaris per quam actionem illectus moueat voluntatem, per simplicem cogitationem, an per iudicium?

Rondeo illectum mouere voluntatem iudicio, o simplici cogitatione. prius enim est illectum iudicare aliqd esse bonum aut malum, quam voluntas amet et fugiat.

Et verò iudicium ad hoem, sicut æstimatio ad belluas ex pho passim: atqui bellua o ante ierit prosequitr aut fugit rem obtam, quam æstimà esse bonam aut malam, go nec hoo seu voluntas anteamat aut odit obtum, quam iudicauerit esse bonum aut malum: go sicut imaginatio simplex o mouet appetitum bellua, ita nec simplex cogitatio mouet hois voluntatem.

Sed quaris quo iudicio illectus moueat voluntatem contemplatiuone an practico?

Rondet phus 3i. de aa textu 46o. voluntatem nequaquam moueri iudicio contemplatiuo, sed solo practico, suffragatr stus doctor, suffragatr etiam rao, quippe voluntas eo duntaxat iudicio mouetr, qd ht ordinem ad praxim seu ordinem: atqui iudicium contemplatiuu nullum ht ordinem ad praxim, vt declarat eius defio, go o mouetr iudicio contemplatiuo, sed solo practico.

Et certè motus voluntatis amor et fuga: atqui iudicium practicum est ppium amoris et fugæ, nam, vt inquit phus, cùm illectus iudicat aliqd esse bonum vel malum, nascitr amor et odium.

tandem iudicium contemplatiuum et practicum, sicut imaginatio simplex et opinio: atqui simplex imaginatio o mouet aat sed opinio, tunc enim mouemur, qdo opinamur quædam imminere nobis bona aut mala.

verùm memineris iudicium practicum esse duplex aliud vrle, quo iudicatr aliqd esse agendum gnatim, puta Deum orandum, colendos parentes: aliud verò particulare quo iudicatr aliqd esse agendum hic et nunc.

porrò licet moueatr voluntas vtroq; iudicio maximè tn particulari, vt testatr illic phus. vnde stus Thomas. iudicium particulare, quo iudicatr aliqd esse hic et nunc agendum, præcipuè

mouet ad agendum, vix vrte, qa actio in singularib' versatr.

Scio equidem id datum fuisse apud iudæos libellum repudii, qd erat sanè leuissimum repudiatæ vxoris solatium, sed illud toleratum potius quam permissum, vt indicat ipse christus, nempè ob duritiam cordis, ideo o oo immunes a culpâ fuerunt, qui isto remedio vsi st, vt docent patres.

Scio etiam duram videri conditionem mariti, cui viuendum semper cum vxore eadem, maximè cum vxor bona sit

rara auis in terris nigroq; simillima cygno.

Vnde et illud:

fœmina nulla bona est vel si bona contigit illa,
nescio quo fato, res mala facta bona est.

Et illud:

est mulier mera bilis tit duo commodattum,
dum iacet in talamo, dum iacet in tumulo.

Verum si eo nõe improbandum matrimonium, damnandum quoq; erit õe votum, quo vir religiosus et sacerdos perpetuam Deo vouet continentiam: atqui nihil voto sanctius, go õ damnandum est matrimonium, sc qõ perpetuum.

Imò matrimonium sanctissima societas et reipublicæ seminarium, et in quo feliciter viuitr, si vir bonus castam, sanctam et puram nactus fuerit vxorem; qd si aliter contingeret, solatio esse dt, qd nihil sit oi ex pte beatum.

Atque, vt occurratr illi malo, õ temerè ducenda vxor, sed prius maturè deliberandum, explorandumq; quam sit assumpturus sociam laborum, vigiliarum, curarum, vitæ et mortis, mortis, inquam, quia antiquitus gloriosum sibi fore credebat vxor, si simul cum marito vel eodem tumulo clauderetr, vel eodem rogo consumeretr.

conditiones coniugum hæc notantr præcipuæ apud authores.

non sit iunior maritus, ne nascatr imbellis proles et patriæ inutilis.

non sit senior maritus, ne moriens deserat prolem impuberem, quæ arte paterna erat erudienda.

sit q̄o ætas mariti trigesimus circiter annus, q̄a maturus ea ætate animus, et corpus iustam collegit magnitudinem.

conditiones vxoris,

esto egregiâ facie et pulchrâ, vt retineat maritum, sit tn̄ animo et morib' pulchrior

fuge superbam, vnde illud satirici:

malo venusinam, quam te cornelia mater
graccorum, si cum magnis virtutib' affers
magnum supecilium, et numeras pro
dote triumphos.

fuge etiam doctam, nam vt inquit idem satyricus:

ō habeat matrona tibi quæ iuncta recumbit
dicendi genus aut curtum sermone rotato
torqueat entimema, nec historias sciat oēs.

fuge et ditiorem, nisi aliūde prudens et optimis moribus: q̄a

intolerabilius nihil est, quam fœmina diues.
argentum accepit, dote imperium vendidit,
dotata regit virum.

condiões mutuæ coniugum.

maritus regat vxorem, ō vxor maritum nam, vt inquit stus Paulus, sicut christus est caput ecclesiæ, ita maritus vxoris; sed regat, vt sociam, ō vt ancillam, qa fœmina de latere viri, ō de pede tractata est.

ornamentum decens permittat nam fœmina gloriosum aal et suis superbiens plumis.

vetet ornamentum nimis magnificum, et sorti ō cōiens suæ, qa

prodiga ō sentit percuntem fœmina sensum.

— — — — — fœmina turpe putat nil cum virides gemmas collo circumdedit, et cum auribus expansis magnos commisit elenchos.

faciat participem consilii, sed cautè idq; prudenter, nam fœmina est aal garrulum, vt testantr exempla ō pauca; faciliusq; contineret lingua carbonem ignitum, quam sermonem arcanum; ideo fœmina, quæ secretum sibi commissum seruare pt, commendatr eccles. c. 4°.

quæritr 1°. an sit bonum vxorem esse cōem plurib' maritis, an ppria vnittum?

Respondeo repugnare vxorem esse cōem pluribus maritis, 1°. id testatr consuetudo; nusquam enim legitr id permissum, aut si permissum, sanè apud barbaras gentes, in quib' lumen naale fermè extinctum.

2°. quia id repugnat finis coniugii, et enim finis coniugii non solum procreare liberos, sed etiam educare, atque instruere, vt recte ait phus: atque si sint plures patres, quis eorum educabit, quis instruet; vt enim ista eius, qui genuit, quis autem credat se verum et certum sobolis parentem.

3°. quia vxor, sicut ager proportione; atqui communio agri aduersatr legi naali, go multo magis communio vxoris.

quæritr 2°. sitne bonum marito plures hre vxores?

Rondeo non licere marito plures hre vxores.

1°. quia prohibet sanctitas matrimonii, qui enim plures ducit vxores, magis videtr ad libidinis societatem spectare, quam ad prolis facunditatem.

2°. quia id vetant ecclesiæ leges sedter quod Poligamia enorme crimen.

3°. quia id vetat lex naalis et ipso naal matrimonii, quippe ea est naa matrimonii, vt sint duo in carne vna, et vnus sit totus propter alterum; quomodo autem maritus erit totus vxori, si plures sint vxores.

Scio id permissum olim apud antiquos

patriarchas, id etiam nunc permitti apud turcas, verum apud nos alia rao, vbi lex sanctior, mores sanctiores esse debent secum illud estote ~~praedicta~~ et sancti, sicut ego sanctus sum.

Et verò vnius christi vnica ecclesia quam suo acquisiuit sanguine, q̄ ōt vnius mariti debet esse vnica vxor, quippe matrimonium est signum coniunctionis christi cum ecclesiā, vt dictum supra.

Caput 2um

De combinatione Domini et Serui

Seruus à seruiendo, vel potius à seruando, vt notat iustinianus, nempè qd captus seruaretr, dictum etiam mancipium, qd manu caperetr.

Vel nascitr, vel fit. nascitr vel ex patre seruo, vel ex ancilla matre. fit vel iure gentium, vt captus in bello, vel iure ciuili, vt cum quis natus plus viginti passus est se vendi ad pretium ~~[illegible]~~ participandum.

dfr seruus instrumentum domini et raale.

dfr seruitus constitutio iuris gentium, qua quis domino contra naam subiicitr, vt illigas hoem naa liberum esse.

Scio apud phum legi quosdam hoes naa suâ seruos, sed prorsus alio sensu, se hoes hebetiori ingenio nati ~~st~~ obsequi eorum imperio, quos naa genuit regimini aptos; sed alia est seruitus iustiniani, qua se quis ita seruus est, vt nihil suum habeat, quaequidem maiori expte nunc sublatâ, neque enim aequum est sic seruum esse, quem christus sanguine pprio liberauit.

Officia domini praecipua.

dulce sit imperium domini in seruos, minimè durum, errat enim, qui imperium credit grauius esse et stabilius, vi qd fit, quam illud qd amicitia adiungitr.

Et verò seruus verè hoo est et frater, nec nisi ioco fortunae diuersus a domino:

Si fortuna volet, fies de consule Rhetor,
Si volet haec eadem, fies de Rhetore consul.

praeterea meminerit dominus alium se hre in caelis dominum, cui seruit ois creatura, tanquam domini dominantium et Regi Regum.

Doceat 9o, quæ pertinent ad cultum animæ et corporis, qui o ht curam domesticorum, peior est infideli.

Officia servi,

Servire liberaliter et sponte, id enim Deo gratissimum est conciliatq; aum Dei, nam, vt ait chremes apud terentium, feci, vt ex servo esses libertus mihi, propterea qd serviebas liberaliter. cætera docebit S.tus Paulus ad colossenses cap. 3o. et 4o.

Caput 3um
De combinatione liberorum et parentum.

Officia parentum hæc st præcipua.

1um alere qdqd pepererunt, vt docet tullius his verbis; coe oium animantium est quædam cura eorum, quæ procreata st.

Neque refert, qd partus sit mutilus et imperfectus; quippe id accidit sæpius culpa parentum quos libidinis ardor, o solus prolis habendæ amor coniungit.

accedit qd partus mutilus et monstruosus sit verus hoo, go verè hoem occidit, qui prolem deserit imperfectam et deficientem. eadem lege prohibetr abortio et liberorum expositio, ppterea qd st istae quadam homicidia.

2um mater perse et pprio lacte, si fieri pt, alat natum, est enim verius illa mater, quae aluit, quam quae genuit istuc argtum tractat erasmus in colloquio, cui titulus est, puerpera, in quo probat grauiter peccare matrem, quae sine graui caa prolem suam tradit alteri educandam.

Et verò, inquit ille, belluae etiam immaniores suos alunt fœtus, vt leones viperae, go illis belluis crudelior illa mater, quae pprium fastidit natum.

adde qd est qddam expositionis genus infantulum adhuc tenellum rubentem a matre et matris opem implorantem ea voce et lacrymis, quae feras etiam mouere possent, tradere mulieri alienae, forsan nec corpore nec morib satis salubri; hinc aulus gellius, qd est tantum malum peperisse et statim abse abiicere aluisse in vtero nescio qd qd videtr o alere suo lacte, qd videtr iam viuens, iam hoo, iam matris officia implorans.

qd si triticum degenerat in auenam, dum transfertur in alienum solum, si vitis indolem mutat, si ramus ab arbore diuulsus languescit et statim moritur qd putas euenire puerulo, qui priuatr cognato et familiari succo, cogiturque insuescere cibis alienis.

3um vbi infans auulsus est a matre nutriatr molli cibo, nempè lactè et pulte propter debiliorem stomachum.

interdicatr vino, qd nocet maximè illi ætati.

assuefiat laboribus, id enim plurimum confert ad robur et sanitatem.

permittantr lacrymæ mediocres, hoc enim leuat cerebrum, sed reprimatr eiulatus.

hæc phus de educatione corporis vsque ad septimum circiter annum.

vbi verò ventum est ad septimum annum, mittatr ad scholas, inquit stus Thomas, vel tradatr disciplinæ pædagogi, a quo ea ediscat, quæ æquum est scire honnestum adolescentem, nempè artes liberales et meliores scias.

porrò institutio pueri, vel priuata vel publica vtraqi laudanda, si contingerint boni pædagogi.

melior tn publica institutio scdum quintilianum, qa æmulatione aevitr aus, et semina sciarum fœlicius germinant, quomodo collisione corporum elicitr ex silice.

ob id instituta collegia publica.

sed laboret præcipuè pædagogus et studiorum formator in formando pueri iudicio, in hoc enim tota laus pædagogi et hois

curabit etiam præceptor, vt sint casti mores et pudici, ideo removebit qdqd aum inquinare pt aut sensus.

nihil dictu fœdum visuq; hæc limina tangat intra quæ puer est, procul hinc, procul inde puellæ;

.

.

maxima debetr puero reverentia, si qd turpe paras nec tu pueri contempseris annos.

reprimantr illi affectus, qui vigere solent illa ætate, vt iracundia, ventosa superbia, et qdqd aum pt inflare.

hæc oia, vbi recepit adolescens a parentibus et præceptorib, ingratissim certè erit, si vel minimum prætermittat, quo se gratum et bene memorem testari possit.

quæstio altera
De
Politicâ

Politica est scia moralis, quæ versatr circa bonum ciuitatis, est autem ciuitas optima constans ex domibus et familiis.

finis politicæ est felicitas publica.

causa efficiens naa, quæ ingenuit hoi societatis desiderium, scdum illud phi, hoo est aal politicum.

maa politicæ st ciues.

Est autem ille solus ciuis, qui gaudet iurib' ciuitatis, estqi aptus gerere dignitates honorabiles.

cæteri verò o st ciues ppriè, vt st serui, inquilinii et sordidi opifices, qui vitam trahunt in sentinis et latrinis purgandis.

causa foatis ciuitatis continetr eius defioe.

dfr autem houm societas iisdem sub legib' viuentium ad benè beatèque viuendum sufficiens.

Porro ciuium alii nobiles, alii — principes, alii iudices, alii inferioris conditionis, vt plebs infima. de his orb breuiter:

caput 1um.

De Principe et nobili

Princeps dr, qui principatum tenet in ciuitate, hinc dr rector, tutor et custos ciuitatis

quatuor st eius virtutes præcipuæ.

1a religio seu pietas erga Deum, oportet enim meliorem esse cæteris, qui præest cæteris.

2a iustitia, est enim patet ciuium et regula.

3a fortitudo, vt ciues tutari possit.

4a clementia, quæ maximè principes decet.

istis quatuor virtutib præire dt — prudia, qa sine prudia nemo bonus.

porro illas principis virtutes breuiter complexus est Seneca his verbis, seruire Deo, parcere afflictis, orbi quietem dare, et sæculo pacem suo; hæc est summa principis virtus, petitr hac cælum via.

officia ciuium erga principem tria maximè. 1um exhibere honorem et cultum Regem honorificate, qa princeps est imago Regis. 2um ipsi obedire, siue pugnare opus, siue vectigalia pendere, id iubet Deus initio primi Regum. 3um pro orare; sic iubet Paulus his verbis, obtestor, vt pro principib' fiant oraões, obsecrationes &c obedite præsuppositis vestris, nam principi summum iudicium dii dederunt, subditis obsequendi gloria relicta est.

neque refert, qd princeps aliqdo dura imperat.

quippè iubet idem stus Paulus, vt obediant ciues principibus etiam discolis. hinc illud, bonos principes voto expetere oportet, qualescumque tolerare, quomodo sterilitatem vel nimios imbres, sic luxum et auaritiam et dominantium mala pati. hæc de principe.

nobilis, dr, qui clarus est sanguine et factis clarior.

hinc duæ condiões viri nobilis. prior claritas sanguinis et maiorum. posterior egregia virtus et præclarè factorum memoria.

qd si alter vtra conditionum illarum desit, o erit perfecta et vera nobilitas malim tn, desit claritas sanguinis,

quam virtus, quia illud fortunæ lusus, ut dictum alibi, nasci a principibus fortuitum est; hoc verò nostrum opus, virtus enim ex nobis, unde illud:

malo pater tibi sit thersites, dummodo tu sis æacidæ similis
quam te thersite similem producat Achilles.
nobilitas sola est atque unica virtus.

caput 2um

De magistratu et iudice

magistratus dr ille, qui rem gerit publicam.

virtutes et officia magistratus eadem, quæ principis, nempe relligionem integram seruare, ius reddere populis, hostes debellare, miseris parcere, &.

iudex dr, qui iustitiam exercet, imò dr Arti iustitia animata et quædam Dei imago excellentior.

virtutes et officia iudicis eadem, quæ magistratus et principis.

quæritur verò, debeatne iudex iudicare semper sedum allegata et probata contra ppriam sciam, etiam in causa capitali, ubi agitr hois vita,

id clarebit vnico exemplo, accusatr Petrus criminis capitalis, v. g. homicidii, conuincitr testimonio publico, dtne iudex damnare Petrum, quem nouit ipse a crimine alienum.

Priusquam Rondeatr, certum est iudici illi tentanda esse oia, ne Petrum damnet ad mortem, vel rem procrastinando, vel testes seorsim examinando, vt hac arte veritas tandem, si fieri pt, innotescat, sic monet doctor, sic liberata olim susanna, cum iamiam ad supplicia rapiend ect innocens; hæc oia vbi tentauit iudex, nec qdquam profecit, deserenda est persona iudicis et alteri remittenda iudici, id etiam docet idem Sctus Thomas.

Qd si verò illud o licet per principem aut Rempublicam, cogatrq; sententiam ferre quæritr qd sit facturus iudex, damnaturusne an absoluturus. sit de hac re nostra.

propositio

iudex eo in casu dt iudicare scdum probata et allegata contra ppriam sciam.

Quia iudex dt iudicare scdum sciam

sibi propriam: atqui sola scia, quam ~~hr~~ pertestes est ppria iudici; nam sola scia publica ppria est personæ publicæ; qualis est iudex: atqui sola scia, quæ habetr pertestes publica est, vt per se patet, go sola scia, quæ habetr pertestes iudici pprea est, ac proinde iudex dt iudicare scdum sciam testium, atque ita iudicare dt scdum allegata et probata.

Et verò iudex dt iudicare scdum sciam certiorem et scdum ordinem iustitiæ; iudex enim, qtnus iudex, tenet locum Dei: atqui scia publica certior est, scdum illud, plus vident oculi, quam oculus. præterea is est ordo iustitiæ, vt iudex scdum leges et iura prononciet, nihil agens ex arbitrio, nihil domo ferens meditatum, gt loquitr stus ambrosius, go iudex dt iudicare scdum sciam, quæ habetr per testes.

Obiectiones

Obii. 1º peccat, qui occidit innocentem, scdum illud, innocentem o condemnabis; atqui iudex ille damnat innocentem, go peccat.

Nego min. o est enim innocens ~~dt~~ saltem respectu iudicis, qui conuictus criminis scdum ordinem iustitiæ, et sufficienti testium probaoe: atqui hoo ille, quem damnat iudex, conuictus est criminis scdum

ordinem iustitiæ, et sufficienti testium probaõe, q̃o iudex ō damnat innocentem; hinc s.tus doctor, iudex ille, inquit, ō damnat innocentem, sed illi, qui reum probauere.

Sedum illam regulam excusantr tortores, qui exequuntr sententiam iudicis, alioquin iniquam, modo tr iniquitas ō sit manifesta et contraria legi nãali.

instabis. peccauit Pilatus damnans Christum, q̃a erat innocens, q̃o similiter peccat et iudex.

nego cons. et paritatem: neque enim par est rão iudicis nostri et Pilati, Pilatus enim damnauit Christum nullius conuictum criminis, neque sedum iustitiam, nec sufficienti testium probatione, vt satis declarat historia passionis. at verò iudex noster damnat eum; qui est conuictus criminis sedum ordinem iustitiæ ex sufficienti testium probatione.

hinc claret iudæos grauius peccasse Pilato, quia inuidiã solã, ō relligionis amore Christum tradiderunt Pilato crucifigendum.

denique peccauerunt tortores, qui exæquatiuunt sententiam manifesto iniustam, et quæ continebat errorem intolerabilem vt loquuntr iurisconsulti, est enim error intolerabilis occidere innocentem; quem innocentem declarant lex nãalis, diuina et humana, et quem sanctum et Deum probant vita, mores, et facta.

Obii. 2°. peccat, qui agit contra conscientiam: atqui iudex ille agit contra conscientiam, go peccat.

Nego min. ille enim agit contra conscientiam, qui agit contra ppriam sciam: atqui iudex ille o agit contra ppriam sciam, quippe scia iudicis est cognio legis, iuris, testimoniorum, et probationum testium: atqui iudex o agit contra leges et iura, o agit contra testimonium et probationem testium go o agit contra ppriam sciam, go o agit contra conscientiam, go o peccat.

Imò, si aliud ageret, absolueretq; criminis illum hoem, quem testes probauerent reum, tunc sanè ageret contra ppriam sciam, proindeq; contra conscientiam: atque ita peccaret grauiter.

Et verò, si peccat Parochus negans corpus christi hoi, quem nouit solus reum criminis eo qd peccatum illud o est oib notum, quanto magis peccat iudex absoluens eum criminis, qui renuntiatus est palam reus.

Certè par est ratio iudicis et pastoris, vterq; enim persona publica, proindeq; vterq; sequi dt in agendo sciam publicam.

Instabis. est illa lex a Deo lata, o recipies vocem mendacis, o damnabis innocentem: atqui iudex ille suscipit vocem

mendacis, damnaq; innocentem, go iudex ille violat legem diuinam, proindeq; peccat.

nego. min. quippe solus ille suscipit vocem mendacis, qui veritatem vltro deserit ignauus, vt potentiorum fauori et gratiæ subscribat: atqui iudex ille istud o agit, vt per se patet, go o suscipit vocem mendacis, proindeq; nec violet legem Dei.

imò si aliud ageret violaret legem principis et Reipublicæ; est enim illa lex principis et Reipublicæ, vt iudex ferat sententiam scdum allegata et probata, imò est lex Dei, sic enim loquitr Deus in scripturis, in ore duorum vel trium testium stabit oīs veritas, go iudex aliud agendo violaret legem Dei, proindeq; grauiter peccaret.

accedit qd si liceret iudici eo in casu ex arbitrio iudicare, aperiretr fenestra iniquitati, quippe malus iudex oīa ex arbitrio faciet nec respiciet ad leges.

obii. deniq;. si Petrus rem cum vxore, quam certò nouit° esse suam peccaret, etiam si probatione testium et sententia iudicum sua renuntiaretr, go similiter peccat iudex in allatâ hypothesi.

nego cons. et paritatem. o est enim par rao Petri in hac hypothesis et iudicis, Petrus enim persona priuata, proindeq; sequi

debet sciam priuatam et ppriam et ō sequi sententiam iudicis eo in casus; quamuis enim sit legitima, continet tn errorem facti: at verò iudex est persona publica, proindeq; dt sequi sciam publicam, vt sæpius dictum, relictâ ppriâ sciâ.

appendix

De

Diuioe ciuitatis

Diuio ciuitatis petitr ex regimine publico: atqui Regimen triplex est, maximè monarchicum, vbi vnus imperat; Aristocraticum, vbi nobiles et principes dominantr, vt apud venetos; tertium deniq; democraticum, vbi populus imperat, vt apud Batauos.

Iam quæritr qd nam ex illis regiminib nobilius.

propositio

Regimem monarchicum cæteris nobilius est.

pbr 1°. illud regimen excellentius est, in quo facilius obtinetr finis regiminis publici: atqui in regno facilius obtinetr finis regiminis publici: finis enim regiminis publici iustitia, fœlicitas ciuium

et salus populorum, sedum illud: ~~[illegible]~~ salus populi suprema lex esto: atqui in regno facilius procuratr ciuium fælicitas et populorum salus; fælicitas enim ciuium et populi salus procuratr maximè concordia et pace, nam, vt ait salustius, concordiâ res paruæ crescunt, dissensione et bellis ciuilib' res maximæ dilabuntr.

nulla salus, bello pacem deposcimus oes. atqui in regno pax et concordia regnare solent, vbi verò multi imperant, sæpè dissenssiones et bella ciuilia, dum alter alteri imperare ambit, vt satis per se constat.

Et verò pax et concordiâ pendent ex coniunctione voluntatum imperantium: atqui in regno voluntas vnica est, in aliis verò regiminib' multiplex voluntas et sæpè discors, go in Regno facilius obtinetr pax et concordia, proindeq; in regno facilius procuratr salus ciuium et populi, atque ita in regno facilius obtinetr finis regiminis publici, et consequenter Regnum excellentius regimen.

hinc phus, primum maximèq; diuinum regnum est, hinc etiam diuus homerus:

——— rex vnicus esto.
——— namque potestas impatiens consortis erit. ———

accedit qd regnum sit antiquissimum, testis iustinus his verbis, ppio rerum pce

impersum penes reges erat. testis etiam tullius, cuius st hæc verba, oēs antiquæ gentes Regib' quondam paruerunt. id declarat historia Regum persarum, medorum et assiriorum.

iuuat etiam, qd Regnum sit a Deo ipso institutum a ppio mundi et deinceps propagatum; quippe adam creatus est Rex et caput posterorum, vt dictum alibi. Adamo successere nati, mox Noë cui etiam successere nati ad vsque captiuitatem in ægipto, vnde exierunt israëlitæ, duce moïse, cui successit iosüe, iephte, Atoniel, et sic deinceps vsque ad saulem, qui primus titulo Regis gauisus est.

tandem ciuitas est quidam mundus proportione: atqui mundus ab vno regitr, sc a Deo, qui est Rex Regum et dominus dominantium, go ciuitas Regi dt ab vnico Rege.

obii. illud regimen melius, vbi plus prouidiæ et plus fortitudinis: atqui, vbi plures regnant, plus est prouidiæ et illigiæ scdum illud, plus vident oculi, quam oculus, plus etiam fortitudinis, quippe virtus vnita maior est ipsâ dispersâ, vt vulgò aiunt, hinc vna gutta aquæ, si separetr a cæteris facilè corrumpetr, si verò coniungatr, facilius resistet corruptioni. go regimen aristocraticum videtr excellentius.

nego min. quippe rex sedet inter bonos et prudentes consiliarios, illic certè prouidentiæ plurimum, similiter vbi rex sedet inter duces, exercitus bellicosos et prudentes, illic etiam plurimum fortitudinis.

quare hoc argtõ impugnatr quidem regimen tyrranicum, vbi vnus cuncta pro libidine et arbitrio moderatr, qd certè laudare ō possum, neque enim bona mens pt scire cuncta nec tantæ moli sufficit, ideo rex assumeret in ptem curarum virōs prudentes et fortissimos, vt iam dixi, quorum consilio et manu remp. regat. sic solebat facere Assuerus Persarum Rex, qui, vt testatr scriptura, habebat semper secum septem sapientes, quorum consilio vtebatr in legib' condendis. sic agebat Augustus, vbi regni potitus est, sic deniq; egerunt boni principes, vt iustinianus, vt ipse testatr de se in ppio institutionum, vbi sic exortus est: imperatoriam majestatem ō solum armis decoratam, sed etiam legib' oportet esse armatam, vt vtrumq; tempus et belli et pacis poit recté gubernare, et princeps Romanus ō solum in hostilib' prædiis victor existat, sed etiam per legitimos tramites calumniarum iniquitates expellat, fiatq; tam iuris relligiosus, quam victis hostilibus triumphator magnificus.

f22

addit se haec praestitisse opera — Triboniani, Dorotei et aliorum virorum peritissimorum iuris, item consilio et manu ducum fortissimorum.

ex quibus claret nihil periculosius tyranno, sed nihil faelicius optari pt bono rege, in quo extant regiae virtutes oes, iustitia clementia, prudia &. quem armant, tutantq; amicorum consilia, quem decorant militum arma et manus, et praecipuè ducum; plus enim in ducib, quam in exercitu, quem deniq; decorant benevolentia et amor — populorum, ett enim illa vox, oderint, dum metuant

quaeritr 2°. Sitne melius regem nasci, quam eligi?

Artis unicus

Sitne melius Regem eligi, quam nasci.

Plus in 3°. politicorum innuit sapius — faelicius esse illud regnum, ubi reges — nascuntr.

neque id mirum. ett enim ille rex melior, in quo sapius reperiuntr virtutes regiae: atqui in regenato occurrunt sapius

virtutes regiæ, q̄o a teneris vnguiculis destinatr, educatr, et eformatr ad regnum; atqui rex natus a teneris vnguiculis destinatr, educatr et eformatr ad regnum, ō ille alter, qui eligitr, q̄o in Rege nato sæpius occurrunt virtutes regiæ, q̄o est melior.

præterea melior ille Rex, cui maior est regni cura et ciuium: atqui in Rege nato maior est regni cura et ciuium; cuilibet enim hoī innatum est, vt maior sit cura boni pprii, quam alieni: atqui Rex natus respicit Regnum ceu bonum pprium et hereditarium; Rex electus, tq̄m bonum alienum et citò transiturum in alias manus, q̄o regi nato maior est cura regni et ciuium, q̄o rex natus absolutè melior.

tandem in oī regimine vitandæ discordiæ et bella ciuilia, consulendumq; paci et tranquillitati publicæ, q̄tum fieri pt: atqui in eo regno, vbi rex nascitr, rara discordia, quippe nāa ipsa regem monstrat, deferturq; libenter honos regalis illi, qui in domo regiā creuit, et, vt ita dicam, qui in throno regali sedet: contra verò in eligendo Rege discordiæ et bella ciuilia, quippè ægrè seruiunt illi, qui se Regi pares et æquales arbitrantr et nobilitate et virtute; ita vt prodigii simile sit, si q̄do inter æquales

æquales eligatr vnus sine contentione et inuidiã, vt contigisse refert iustinus, electo Dario vno ex septem principibus, qui magum occiderant.

Obii. dum rex aliquis eligitr, is solus eligitr, qui insignis est, et præest virtute, ão, corpore, et aliis virtutib' regalibus. vbi verò Rex nascitr, sæpè seruiendum indigno, vt quem nullæ ornant virtutes seu corporis seu ãæ, gõ melius eligere Regem.

Rondetr nihil apud hões vndequaq; esse perfectum sedum illud

nihil õi ex pte beatum.

Sic vbique quædam occurrere incommoda, imò qd optimum est apud hões suis vrgetr incommodis, medio de fonte leporum surgit amari aliqd, qd in ipsis florib' angat.

Quare vltro fatemur quædam sequi mala seu incommoda, siue Rex nascatr siue eligatr, paucioratr, vbi nascitr vt claret his argtis, quæ supra adduximus; 1°. enim Rex natus formatr ad Regnum. 2°. respicit Regnum curatq; ceu bonum hæreditarium atque domesticum. 3°. regi nato facilius obeditr, quippe durum videtr õ obedire, quam Deus et nãa Regem nasci voluerunt. 4°. Rex natus assuetus est et quasi nutritus regalibus dignitatib', hinc õ superbit nec insolescit, quippè ab assuetis õ fit passio, vt vulgò aiunt.

contra verò hæc oia deficiunt Regi electo, rarò q; accidit o superbire illum et insolescere, qui ex infimo loco euectus est ad fastigium dignitatis. testis illius rei Galba ille, de quo hæc refert tacitus, nemo illo melior, qdiu vixit priuatus, et oium optimus et maximus, si nunquam imperasset. cæteros taceo, qui, qtnus intra suam condioem vixerunt, boni et viri probi habiti sunt; vbi verò ad imperatoriam dignitatem peruenere, illos cæpit statim obliuio fortunæ prioris, et tanto peiores facti, quanto meliores fuerant secdum illud, corruptio optimi pessima, honores mutant mores.

tradita huc vsque præcepta præcipua, quib' ciuitas aut familia rectè administretr, sed compendiose et pingui, vt aiunt minerua; eadem latius explicata leges, vbi ad maiora vocauerit ætas.

verum istorum oium fundamentum, suipsius cognio, ridiculum enim est hoi occupari regimine reipub. aut familiæ, si ipsum se ignorauerit.

atqui ex cælo descendit, γνώτι σεαυτον monastica docet hoem cognioem sui, go et de monastica paucula addemus. sed prius dicendum aliqd de lege, lex enim est regula actionum humanarum; sit go

punctum vnicum De Lege

lex a ligando dicta, qa hoes ligat.

dfr mensura seu regula, quâ inducitr hoo ad agendum, vel ab agendo retrahitur, Deum cole, o occides, o furtum facies.

dfr etiam ordo raois ad bonum coe constituta ab eo, qui curam ht reipublicæ.

Ex vtraque illa defioe claret 1° legem esse actum illectus, o voluntatis, vt quidam opinantr falsò; lex enim est ordo seu regula: atqui sola rao est mensura seu regula actionum humanarum, vt dictum alibi.

Et certè regula dr, cui dt esse conformis actio hua: atqui actio hua dt esse conformis raoi, go rao est regula et mensura actionis huaæ; sic sola rao est ppium ordinationis seu ordinis, go lex est actus raois.

2° claret legem respicere bonum coe, lex enim respicit fœlicitatem ciuium: atqui fœlicitas ciuium consistit in fœlicitate publicâ: quippè bonum ptis est bonum totius, quia ois pars est propter suum totum.

hinc lex, quæ respicit bonum vnius ō est vera lex, sed potius qddam priuilegium, per qd aliquis solutus est muneribus publicis

3° claret legem ferri debere a sole principe et Regè, vel magistratu, lex enim ab eo, cui credita est Reipub. cura: atqui soli principi, Regi vel magistratui credita est reip. cura, gō Rex solus, vel princeps vel magistratus pt legem ferre; hinc ō est bona illa lex, quæ fertur ab hōe priuato, vel ab eo, qui vsurpauit dignitatem, vel qd ille ō habet authoritatem legitimam et publicam, vel illæ leges ō respiciunt bonum publicum.

pptates legis efficere hōes bonos, vt ait phus.

Et verò hæc est voluntas principis ferendo legem, vt ciues efficiat bonos.

Et certè finis legis est efficere ciues principi similes et obedientes: atqui bonum est obedire principi, præcipuè si bonus sit, bonum est esse similem principi, princeps enim est imago Dei et exemplar: atqui perfectio ciuis est esse similem Deo, gō et esse similem Regi.

actus legis quatuor præcipui, imperare, vetare, permittere, punire.

rāo est, qd ōis actus, vel sit bonus, vel malus, vel indifferens, si bonus est, imperatr a lege, honora parentes, dilige Deum;

si malus, prohibetr a lege, nemini noceas. si indifferens, permittitr a lege; qa verò reperiuntr malè nati, qui legi obedire recusant, additr punitio in pœnam violatæ legis. Et verò princeps ō sine caa gladium portat, inquit Apostolus, sed est minister Dei in iram aduersus eos, qui malè agunt, qo st quatuor legis actus, sc imperare, vetare, permittere, punire.

quamquam ea est condio mortalium, vt plurima etiam mala, si ō permittere saltem tolerare et dissimulare necesse habeat, sic in plurimis ciuitatib, in quib vera etiam viget relligio, permittitr mæretriciis et infamis quæstus, vt sc occurratr maiori malo, testis s.tus Aug. his verbis, tolle meretrices, oia impleueris libidinibus, sc apud hoes nihil oi ex pte beatum, sola lex Dei immaculata et pura scdum illud psaltis, lex domini immaculata conuertens aas, testimonium Dei &.

lex alia æterna, alia creata.

lex æterna est ipsa rao Dei, seu voluntas, qtnus est regula et mensura oium agentium naalium siue ittigentium siue raoe destitutorum, nam vt notat s.tus Thomas, inter Deum et hoem illud est discrimen, solis enim hoib hoo ferre pt leges, Deus verò reb oib etiam mutis legem imponit, sic mari suos posuit fines,

quos egredi nequit, nisi volente aut permittente Deo, secdum illud, præceptum posuit et ō præteribit.

lex creata est quædam participatio legis æternæ et diuinæ est, ~~quædam participatio~~ quippè sicut hōo est imago Dei; sic lex creata est quædam participatio et imago legis diuinæ.

lex creata duplex; altera naātis, altera positiua. naālis dr, quam deus impressit in quolibet agente naāti secdum quam suos peragit motus, vt modo dictum: verò instinctus naātis dr, quo impellitr qdlibet agens ad certa munera obeunda. maximè verò in pectore hōis, qa solus hōo est imago Dei, imago enim sita est in participatione vltimæ driæ: atqui solus hōo est similis Deo, go in solo hōe præcipuè Deus legem naātem impressit

quædam præcepta legis naturalis

plurima st, inquit stus doctor.

1.um erga seipsum, id enim tributum est aāli, vt seipsum amet et tueatr.

2.um erga prolem et vxorem; nam, vt ait tullius, hinc descendit coniunctio maris et feminæ, procreatio sobolis, amor et cura prolis.

8.um denique erga proximum, nemini nocere, facere oib' bonum.

lex positiua dr, quæ fertr authoritate alicuius principis, duplex est vetus sc et noua, vetus data est populo iudaico per manus Angelorum in monte Sinai et alibi.

lex illa continebat præcepta triplicis gris, moralia, iudicialia, et ceremonialia.

præcepta moralia dnr, quæ mores respiciunt, vt st præcepta decalogi, vni deo seruies, deum vnum adorabis, &.

præcepta iudicialia dnr, quib' ordinatr hoo ad proximum, siue sit Rex, siue conciuis, siue peregrinus.

ceremonialia continebant certas ceremonias siue in sacrificiis, siue in sacramentis, siue in sacris, siue obseruantiis, sic V. G. licebat offerre Deo quædam aatia, o oia, item sacerdos sanguine aspergebat populum, circumcidebatr puer octauo die, immolabatr agnus certo die, & quæ oia fuerunt aboleta nato christo, sicut orto sole dissipantr vmbræ.

go est alia lex diuina, sc lex noua, quam attulit ipse christus et prædicauit, quæ lex dr lex graæ comparatè ad veterem legem, quæ continebat tum litteram, o graam.

porrò littera occidit, vt ait s. paulus, spiritus autem viuificat.

De Lege humanâ

lex hūa dr, quæ fertur authoritate Regis aut magistratus. alia politica, alia ecclesiastica. illa dr, quæ authoritate principis vim ht et vigorem. hæc verò dr, quæ authoritate ecclesiæ, summi pontificis aut concilii vim habet, et vigorem accipit.

quæritr, vtrum lex positiua obliget, ante quam promulgatr?

negat stus Thomas et hanc subdit raōem. nulla regula regere pt, nisi sit nota: atqui promulgatione lex fit nota populis, go lex nequit obligare, nisi promulgata.

imò docent iurisconsulti legem promulgatam o obligare, nisi ad quadragesimum a promulgatione diem.

quæritr, an legislator teneatr suis legib?

Rondeo 1°. legislatorem seu principem o teneri suis legib coactiue, vt aiunt; quippé solus ille tenetr legib coactiuè, qui cogitr pœnis obedire legi: atqui princeps o cogitr pœnis obedire legi et seruire, vt per se patet, princeps enim cæteris superior, impedire aut obedire nescit, sed imperare, solus etiam gladium portat, go solus punire pt, puniri nequit.

Rondeo 2° legislatorem teneri suis legib' directiuè. ille enim tenetr lege directiuè, qui dt ea obseruare, quæ lex præscribit: atqui Rex dt ea obseruare, quæ lex præscribit, caput enim seu princeps dt se conformare cæteris corporis ptib'. atqui legislator est caput houm, go dt se ea facere, quæ cæteri hoes faciunt, go legislator tenetr suis legib' directiuè.

quæritur, an lex ois obliget?

Rondeo legem oem obligare, si sit vera lex, contineatq; characteres veræ legis. st autem characteres veræ legis præcipui, ut sit iusta, possibilis, honesta, scdum consuetudinem Patriæ, tempori locoque congrua, nihil contineat ambigui, quæ sit ppter bonum coe et totius ciuitatis

qd si desint illi characteres o erit vera lex, sed potius iniquitas, cui proinde o dt obedire subditus, nisi fortasse ppter scandalum vitandum.

quæritur, an lex poit mutari?

Rondeo 1° legem naalem o esse mutabilem, lex enim naalis est ipsa naa: atqui naa est immutabilis, go lex naalis nequit mutari.

Rondeo 2°. legem diuinam, quantum ad decalogum o poe mutari, qa præcepta decalogi st cluoes et riuuli legis naturalis,

go sicut lex naatis immutabilis, sic illa praecepta immutabilia. ttt

neque quippè nec iudaei furati st, furtum enim est boni alieni: atqui iudaei o furati st bonum alienum, sed suum, quia Deus dederat; nec Abraham homicidium cogitauit, ille enim homicida, qui ppriâ authoritate hoem occidit. atqui Abraham voluit quidem occidere filium, sed authoritate Dei, qui est dominus vitae et necis; nec denique oseas adulterium commisit, qa habitauit cum muliere, quae sua erat imperio Dei. X

ttt neque obtes illam legem esse mutabilem, in qua fieri pt dispensatio: atqui pt aliquis solui illâ lege, sic Deus permisit israeliticis, vt furarentr aegiptios; pemisit Abrahamo homicidium filii; permisit oseae prophetae, vt duceret in vxorem meretricem, go praecepta decalogi st mutabilia. X qua sua erat imperio Dei.

Respondeo. 2°. legem diuinam esse mutabilem, qtum ad praecepta ceremonialia certè ab actu ad poe valet consecutio: atqui oes ceremoniae veteris legis iam aboletae, vt dictum supra. vbi enim nunc circoncisio; vbi caetera inania et vacua elementa, vt ait Apostolus in epistola ad galatas.

imò peccant grauiter, qui nunc istis vtuntr ceremoniis in contemptum relligionis christianae, neque enim licet nunc vti vmbris, vbi veritas regnat, go lex diuina mutabilis est, qtum ad ceremonialia.

Respondeo vlt. legem huam esse quoque mutabilem, sic docet S.tus Aug. alibi citatus, sic docet S.tus Thomas, sic docent oes iurisconsulti

Enimverò finis legis huae est salus populi, sedum illud, salus populi suprema lex esto: atqui salus populi aliqdo postulat vt lex mutetr, vt declarant exempla alibi tradita, sic, V. g. vbi sapit populus, lege permittitr ipsi magistratus creare; vbi verò regnat ambitus, lex illa iure abrogatr, vt ait S.tus Aug.

Quamquam ō temerè mutanda est lex aliqua, finis enim legis salus populi: atque saepè malum graue contingit ex mutatione legis, quippe populus, vbi assuetus est certis legib, credit sibi iniuriam fieri, si proponatr lex altera contraria, vnde seditiones, rebelliones q; qd est malum grauissimum.

Porrò lex mutatr vel dispensatione, vt aiunt, et aliquo priuilegio, vt cum aliquis authoritate ~~legis~~ principis soluitr lege coi, sic vir nobilis factus soluitr vectigalib pendendis.

Vel derogatione, vt cum tollitr pars aliqua legis, sic lex vetus, sublata est, qtum ad ceremonialia, ō qtum ad iudicialia et moralia.

vel abrogatione, cùm nempè tollitr lex oo, sic lex illa de radendis capillis abrogata.

vel denique interpretatione seu æquitate, cum nempè agitr contra verba legis, vt spiritus et sensus legislatoris seruetr. id clarebit exemplo, rex tulit legem, ne cuiquam pateant portæ vrbis obsessæ: ecce tn veniunt milites amici commeatum et auxilium portantes; qd, quaso, faciat præfectus vrbis; certè si prudens sit portas aperiet: atqui in ea hypothesi violatr quidem verba legis, sed sensus et spiritus legislatoris seruatr, vt per se patet.

atque is agendi modus dr æquitas, quæ, si o habuerit locum in reb' huais, maxima sæpè venirent incommoda, sedum illud, summum ius summa iniuria.

neque id mirum, quippè nullus legislator præuidere pt oes circonstantias, in quib' pt peccari, qa peccatr infinitis modis.

appendix
De
monastica

dfr monastica scia moralis occupata circa actiones hoes priuati.

finis monasticæ feliciter beneq; viuere sibi ipsi.

Duo autem ad benè viuendum nria, cognio veritatis et amor iustitiæ, vt dictum alibi.

Ad cognoscendam virtutem tria præcipuè nria, 1.º nosse seipsum, scdum illud è cælo descendit, γνῶτι σε αὐτόν, deprehendas te oportet; prius quam emendes ppium sanitatis sentire sibi opus esse remedio, si te ignoras, ò pulcherrima, egredere et abi post hædos.

Et verò nemo felix, nisi Deum nouerit, hæc est vita æterna, vt cognoscant te; beatus, inquit S.tus Aug. qui te nouit, cætera ō nouit, miserq; qui cætera nouit, te verò nescit, beatior, qui te et illa nouit, ō ppter illa sed ppter te; go cognio Dei nria est hoi fœlici: atqui primus gradus ad cognioem Dei est cognio sui ipsius, signatum est super nos lumen vultus tui, mirabilis facta scia tui ex me, go 1.us gradus ad cognioem veritatis nosse seipsum, qd certè difficillimum, qa nemo tentat in se descendere.

2.º ō viuere temere, sed certum respicere finem:

est aliqd, quo tendis et in quo dirigis arcum;
an passim sequeris coruos, testaq; lutoq;
securus, quo pes ferat, atque ex tempore viuis.

3.º discere viuere et mori, idq; maturè et cito, quam serum est incipere viuere, cùm desinendum! quam stulta mortalitatis obliuio, dum differtr,

vita transcurrit, ō didiscit viuere, qui sibi ō viuit, sed negotiis, diuitiis et honorib. hoō ō ad risum et lusum genitus est, sed potius ad seueritatem; sapiens ō amat diuitias, sed mauult.

audo, hospes, contemnere opes, et te quoque dignum finge Deo.

Cætera, quæ ad cognioem veritatis pertinent, vel docebunt boni authores, præcipuè verò libri vtriusq; testamenti; quos manib. quotidie teres, si me audias, illic enim Deus ipse loquitr; vel docebit Spiritus S.tus, quem continuò etiam orabis et exorabis, si fieri pt, beatus enim; quem ille erudierit, vt ait psaltes Rex.

Qd attinet ad amorem iustitiæ, hunc gignit cognio vniuersi, quippe cognio, vt dictum supra, est cāa amoris, promouebit meditatio sui ipsius et beneficiorum, quib. adeo quisque nostrum cumulatus est, cumulabit deniq; Deus ipse, qui totus charitas est; cui quidem grata atque accepta vō putamus, quæ per hunc annum tum de logicis, tum de morib., ipso fauente, dictauimus.

Finis totius moralis.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE BRUXELLES






MORALES
BL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1062